



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Quòd sanctu sanctorum sit quicquid domino offeratur. xvii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

state sit eius velle, & eius nolle, impunè absque congruenti poenitentia vindicta donamus: quum tamen quod in nobis commissum est, nec saltem verbum contumeliosum leuiterq; prolatum sine vindicta pertransire patimur. Dimittamus ergo propter Deum quod in nobis perpetratum est, & quod in Deo commissum est: quia dimittere non possumus, iuxta constitutionem sanctorum patrum, secundum canonicam auctoritatem vindicemus.

De eadem re. Cap. XVI.

Ex cōcil.
Meldēsi,
cap. 5.

VT peruafores rerum Ecclesiasticarum, qui easdem res contra auctoritatē non solum retinere, verum & crudeliter depopulari noscuntur, (quidam enim facultates etiam Ecclesie in diuersa collaboratione & retribus eas expoliant, sed & pauperes & vicinos & circummanentes immisericorditer affligunt, deastant & opprimunt, ut rapaces qui secundum Apostolum à regno Dei excluduntur, ex criminali & publico peccato publica poenitentia multentur. Quod si hoc agere noluerint, proferatur contra eos apostolica terribilisq; sententia qua dicitur: Si quis frater nominatur, & est rapax, cum huiusmodi nec cibum quisquam sumere praesumat: quia iniquum & sacrilegium est, ut Symmachus papa, & post eum beatus Gregorius, Sabiniano subdiacono scribit: Si quis quod venerabilibus locis relinquatur, prauae voluntatis studiis, suis compendiis retauerit retinere, secundum statuta canonum ab omni ecclesiastica communione ut sacrilegus debet arceri, donec studeat digna satisfactione, quod admisit corrigere.

Quod sanctum sanctorum sit, quicquid domino offeratur. Cap. XVII.

Ex decr.
Bonifa-
cij papae.
cap. 5.

NVlli liceat ignorare, omne quod domino consecratur, siue fuerit homo, siue animal, siue ager, vel quicquid semel fuerit consecratum, sanctum sanctorum domino, & ad ius pertinet sacerdotum. Propter quod quia inexcusabilis erit omnis, qui à domino & Ecclesia, cui competunt, aufert, v' istat, inuadit, vel eripit, vsque ad emendationem Ecclesiaeque satisfactionem, ut sacrilegus dicitur, & si emendare noluerit excommunicetur.